Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-593859-p0001-6

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-593859-p0002-1

126.
143

*Carmina epithalamia votiva*

NUPTIIS SECUNDIS

Ornatiſſimi atq; Doctiſſimi Viri

# Dn. ZACHARIÆ STRAU-BII LIPSIENSIS, J. U. CANDIDATI,

& Illuſtriſſimo Principi ac Domino, Dn. LUDOVICO, Principi Anhaltino, &c. à ſecretis & archivis,

SPONSI.

Nec non

*Lectiſſimæ pudiciſſimæq; virginis*

# MARGARETÆ

Clariſſimi & doctiſſimi Viri,

DN. ERHARDI HERTELII Curienſis, in Acad. Lipſica olim P. P. relictæ filiæ,

SPONSÆ.

*a. d. 13. Nov. Anni CIↃ. IↃ C. X V. celebrandis.*

Animo gratulabundo decantata ab amicis.

SOTEROPOLI ANHALT.

Typis Zach. Dörffer, anno gratiæ exuberantis.

*IVngIt Vr ZaCharIæ MargarIs DIà ſorte.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-593859-p0003-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-593859-p0004-3

# Ode Pindarica, gamica, ſcripta

Doctiſſimo & politiſſimo viro, &c.

ZACHARIÆ STRAUBIO,

Sponſo.

στροφὴ α. κῶλ: θ.

Ἀναπολίσδομες, ὦ φίλοι,
μωσέων χαρίτων τ'
ἐρατεινάων ἄρχειν. ἑκὰς
ἑκὰς ἀμύητοι
ὄντες, πόδας καὶ χέρας· ἀγνοῦς
αὐδᾶς, πόδας τε χέρας τ',
ἄρχειν μωσέων χαρίτων τε
ὕμνους γάμοισι πολυτερπέας
ἀνώγει ἀειδέμεν.

ἀντιστροφ: α. κωλ. θ.

Λιγεῖα τερψιχόρα, φέρε,
ἆδε στραυβιάδαν
ἀρετῆσιν ἄνδρα εὐστεφάνοις
κεκασμένον, δεσμοῖ-
σι δ' εὐτέροισι κελάδησον
ἱροῦ δεθέντα γάμοι-
ο. χαῖρε, ὄζε στραυβιαδάων
εὐδαιμονεστάτων τρισόλβιε
φυτοῖο εὐθαλεῦς.

ἐπῳδ: α. κωλ: ια.

Φυᾷ ἐπιπρέπων ἐκτοκήων
ἀμυμόνων γενναίᾳ, εὐγενέων πε-
φιλαμένος ἔργων
ταγῷ Ἀσκανίας κλεεννῷ
πρακτὴρ, ἅμα τ' εἰδὼς
τῶν κρυπταδίων ἐσ-
σ'. ἐλάχιστον οὐ πέλε-
ται εὐδαιμονίας μέρος,
ἀνδάνειν ἐρικυδέσιν
ἀρχοῖσι, καὶ διοσδότῳ
φωτὶ λαμπρυνέσθαι.

στροφὴ β. κωλ: θ.

Ἀτὰρ ἔοι ἀτάλαντον ἐ-
ϋπρεπεῖ βιότῳ,
ἄλοχος, κειμήλιον, περικαλ-
λέ᾽ ἔργα εἰδυῖα,
μόνα λέχος προσυνέουσα,
ἰσόν τ᾽ ἐποιχομένα,
λιμὰν ὁμεύνῳ ἀχαλόωντι
εὔορμος αὐδεῖ, καὶ γεγαθότι
οὖσ᾽ οὖρος ἵκμενος.

ἀντιστροφ: β. κωλ: θ.

τοίοιο, στραυβιάδα, τυχὼν
ἑρμαίῳ, θεοσε-
βέος, εὔφρονος, σεμνᾶς, φιλοπαρ-
θένοιο, αἰδοίας,
εὐωλένου, εὐπατερείας,
ἔεδνα παρθενικᾶς
γάμσιο τοίγε ἄξι᾽ ἀγοῦσας·
οἶκον ῥέεθρα ἐστεὸν τύχας
ἅπαντ᾽ ἄγεις μόνος.

ἐπῳδ: β. κωλ: ια.

μόνον δὲ λοιπὸν ἔθ᾽ ἓν τεῇσι
τύχῃς. τί δίζεαι; κελεύσματος οὐ χρή-
ζεαι. κρύος ὀτρύ-
νει φλόγεσσι πελάσσαι ἠδεί-
ῃσι· φλόγα ἰδοὺ
τὴν παμφανόωσαν.
πέλασον. πιθοίγια
καὶ Ἀσκώλια μᾶνα τὸν δ᾽
ἱερὰ φιλέει. ἠνίδε
ἀσκὸν, πίθον τ᾽. ἀσκωλιά-
ζευ, ἄνοιγε, χαῖρε.

à

M. Marco Friderico VVende-
delino Gymnaſ. Serveſt.
Rect.

## SONETTO TOSCANO.

*NOn del capo d' huomo fece 'l gran Dio*
*La donna frale, per non moſtrar teſta*
*Al conſorte, ni per goder podeſta*
*Sourana, ſpento ſtii tal deſio:*

*Non volſe parimente il* P A D R E *pio*
*Falla de' piedi, a non ſtar ſottopoſta*
*Si come ſciagurata ſerva, leſta*
*E franca più la bramarei jo.*

*Compagna ſu, di cui leggiadria*
*Caſta belleza nel petto gentile*
*Son le radici della nobil coſta.*

*Tal l' huomo truoua al letto e l' ama pia.*
*Felice ſpoſo, tua coſa ſottile*
*Prendi e tratta, che tanto caro coſta.*

### EIUSDEM PARAPHRASIS.

HAut capite effinxit corpus muliebre virili,
JOVA, virum MULIER neu regat ulla ſuum.
Fœmina nulla regat terebram prudentiæ & artis,
Quin terebret potius fila, columq; colat.
Nec PLASTES produxit eam pede, vilis ut inſtar
Mancipii, manibus viveret apta viri

Arte viri cautâ Mulier formatur & uſu,
Sit ſocia æquali conditione tibi.
Hinc *Latere* extracta eſt *Hominis*, duo corpora in uno
Vt lateant, æquo ſint in amore pares.
Vt foveat ſubolem, conſervet parta, maritum
Solaq; ſoletur fœmina amore Solo.
Non ideo erigito criſtas, criſposq́; capillos,
Fœmineo quod ſit corpore natus HOMO,
Lilia formoſi producit floris & oris,
Fœtida in apricis ſcilicet herba locis.
Eſto viro Mulier fidiſſima COSTA, jugali
Caſta toro vivat, caſtaq; coſta regat,
Felix ſponſe, tuis quòd votis fata jugalem
Junxerunt COSTAM, vincula cara tori.
Fac, tibi cara tori ſocia ut ſit MARGARIS, aris
Vtq; focis eadem ſors tribuatur ei.
Hinc ERIS ejicitur laribus, thalamoq; moleſta,
Cuncta ſuo concors numine tractet EROS.

*Cyr. Herdeſſianus. J. U. D.*

---

# ALIUD.

NActus es eximiam, clariſsime ſponſe, puellam
Doctore eximio de genitore ſatam,
Margaris, ut nomen, pretioſa eſt gēma pudoris;
Hanc Straubi cordis ſolve liquore tui:
Vnio ſic talis tibi erit Medicina probata,
Pectoris afflicti dulce levamen erit.
Aſſideat vobis concordi fœdere Turtur,
Stridula qui jungat cum pare roſtra ſuo.
Porrige labra tuo, Margreta, corallina Sponſo,
Daq́; columbatim baſia mille viro.

Baſia mille tui penetrabunt pectus amantis,
Et ſuges animi particulam ipſa viri.
Vnio ſic certè præſtans haud tempore nullo
Durabit, nullo tempore ſolvet ἔρις.
Margaris hæc tandem producet Margara plura,
Quando ſoluta fuit, Sponſe, liquore tuo.
Felices hi ſunt, quos fata, Deusq; ſub unum
Contraxere jugum, lenit hoc omne malum.

Joannes Sagittarius D.

---

## ALIUD.

ME Deus affinem duplici tibi nomine fecit,
Nomine mox duplici Compater efficior.
Cur non ergo tibi gratari, Sponſe, liceret?
Haſce novas tædas conjugiumq́; novum?
Triſte fuit tibi, ſed nobis ſimul omnibus, uxor,
Quæ tibi contigerat, tam cito quod caderet.
Et nunc illius fatum prope luximus annum:
Cum luctum abrumpit mœſtitiamq; Deus.
Namq́; alia eſt inventa tibi, quæ ducitur uxor,
Proq; tuo luctu, lux nova lætitiæ.
Gratulor ergo tibi, qui tecum flere ſolebam,
Atq; tuam propter gaudeo lætitiam.
Cumq; Deo ſine nil felix: precor ille ſecundet
Omnia, ut hoc felix ſit tibi conjugium.

*Iohannes Maſcus Illuſtriſ-
ſimo Principi ac Domino,
Domino Ludovico Anhal-
tino à ſacris.*

ALLU-

# ALLUSIO

Ad inſignes duas ſententias, quarum una Strabonis,

Ἡμιτελὴς ὁ βίος χῆρος.

Altera Ben-ſyræ,

*Cuicunq́; non eſt uxor, is non eſt homo.*

DImidium eſt hominis, monſtroq́; propinquior,
Connubii ſacris, qui ſine connubio. (aptus
Fallor; an afflictam vivit vitâ ſine vitam,
Corpore dimidius, dimidiusq́; animo.
Nauta undas extra: faber absq; incude ſonorâ:
Fœcundoq; ſine ſtultus arator agro.
Tot cinctus monſtris, Straubi dilecte, priorem
Vt thalami ſociam ſuſtulit atra dies,
Quàm benè connubii poſcis tibi jura ſecundi,
Herculeoq; audax monſtra labore domas!

*M. Henricus Kitſchius Lipſienſis, hocce intemeratæ fidei & inſucatæ benevolentiæ monimentum L. M. Q. adpoſui.*

Anno ſeculari.

ZaCharIæ & MargarIDI aſsIt TrInVs & VnVs.

FINIS.

Nr 1996

8

ULB Halle 3
002 063 808

nicht aufg., da unvollst. u. nicht zu ermitteln!
28 a / 5 a 1996 /

VD 17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-593859-p0012-7

*...emia votiva*

...CVNDIS

...Doctiſſimi Viri

...Æ STRAV=

...J. U. CANDIDATI,

...pi ac Domino, Dn.

...haltino, &c. à ſecre-

...chivis,

...N S I.

...non

*...ſimaq́; virginis*

...RETÆ

...ctiſſimi Viri,

...RTELII Curienſis, in

...im P. P. relictæ

...i,

...SÆ.

*...I) C. X V. celebrandis.*

...undo decantata

...icis.

...ANHALT.

...no gratiæ exuberantis.

*...Margarls Dlà ſorte.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-593859-p0013-3